Em primeiro lugar, assim: nenhum agente, ao agir algo que crê ser simplesmente bom, age contra sua consciência ou possui remorso de consciência. Mas, se assim é tal que a vontade não possa querer algo contra o juízo da razão (mesmo no que diz respeito àquele ‘agora’ [nunc] para o qual a razão julga), todo agente, ao agir, age algo que crê ser simplesmente bom, pois a razão o julga ser simplesmente bom e não pode agir o contrário, como dizes. Portanto, segue-se que ninguém age contra a consciência, nem possui remorso de consciência.

Em segundo lugar, o mesmo é patente pelo pecado do primeiro anjo e do primeiro parente, pois neles nenhuma ignorância, atual ou habitual, precedeu seu pecado. Portanto, pecaram contra a consciência, o que não seria se a vontade não pudesse ser movida contra o juízo da razão. Agostinho diz isso, em *De civitate Dei* IV, e Anselmo.

Em terceiro lugar, pois se assim é, nunca alguém pecaria com pecado mortal sem que pecasse por pecado de infidelidade, pois, segundo Agostinho, em *Super Genesim* VII, c. 9, “não são heréticos senão porque, não inteligendo retamente as ciências católicas, teimosamente afirmam suas falsas opiniões contra a verdade daquelas”. Portanto, é herege aquele que afirma ser verdadeiro o contrário daquilo que a fé e a sagrada escritura ensina e não é herege aquele que faz o contrário daquilo que ensina. Mas, se a vontade necessariamente segue o juízo da razão, todo aquele que peca mortalmente afirma ser verdadeiro o contrário daquilo que ensina a sagrada escritura e que a fé mantém, pois quem diz que a fornicção não é pecado, afirma o contrário daquilo que diz a sagrada escritura. Se, porém, a vontade não pode se colocar contra o juízo da razão, quem fornicça ou rouba afirma que a fornicção ou o roubo não são um mal ou pecado. Pelo que, etc.

Secundo, ostendo quod voluntas potest se movere contra iudicium rationis; quod ostendo:

Primo, ex articulis.

<...>.

Secundo, idem proba per rationes.

Primo sic: quia nullum agens, aliquid quod credit esse simpliciter bonum, dum illud agit, agit contra conscientiam suam, nec habet remorsum conscientiae; sed si ita sit quod voluntas non potest velle aliquid contra iudicium rationis, etiam pro illo nunc pro quo ratio iudicat, omne agens dum agit, agit aliquid quod simpliciter credit esse bonum, quia ratio illud iudicat esse simpliciter bonum, nec potest contrarium agere ut dicit; ergo sequitur quod nullus agit contra conscientiam, nec habet remorsum conscientiae.

Secundo, idem patet de peccato primi angeli et primi parentis, quia in ipsis nulla ignorantia, nec actualis nec habitualis praecessit peccatum eorum; ergo peccaverunt contra conscientiam, quod non esset nisi voluntas posset moveri contra iudicium rationis. Hoc dicit Augustinus, IV De civitate Dei, et Anselmus.

Tertio, quia si ita sit, numquam aliquis peccaret peccato mortali quin peccaret peccato infidelitatis, quia secundum Augustinus, VII Super Genesim, c. 9: “Non ob aliud sunt haeretici nisi quod scientias catholicas non recte intelligentes, suas falsas opiniones contra earum veritatem pervicaciter asserunt”. Ille ergo est haereticus qui asserit contrarium esse verum eius quod fides et sacra Scriptura docet, et non est haereticus qui facit contrarium eius quod docet. Sed si voluntas necessario sequitur iudicium rationis, omnis qui mortaliter peccat asserit esse verum contrarium eius quod docet sacra Scriptura et quod fides tenet, quia qui dicit fornicationem non esse peccatum, asserit contrarium eius quod dicit sacra Scriptura. Si autem

voluntas non potest ferri contra iudicium rationis, qui fornicatur aut furatur asserit fornicationem aut furtum non esse malum aut peccatum. Quare etc.
Gonsalvus Hispanus, Quaestio disp. VIII, co. (ed. Amorós, p. 124-9).

VI. João Sábio (*fl. s. XIII f.–XIV i.*)

25. Se a liberdade da vontade requer que a vontade mova a si por si.

Utrum libertas voluntatis requirat quod voluntas moveat se per se.
Ioannes Sapiens, Quaestio disp. I, co. (ed. Amorós, p. 429).

26. Disso, digo que a liberdade da vontade não requer que ela mova a si por si. E disso tampouco depende a liberdade da vontade, pois do impossível e do não-ente, que implica contradição, nada depende, como é manifesto. Mas ‘a vontade mover-se por si’ é assim. E mostro isso primeiramente em geral, pois que algo conduza a si mesmo da potência ao ato inclui contradição, pois ‘ente’, ‘não-ente’, ‘potência’, ‘ato’, ‘possível’ e ‘impossível’ são conhecidos por si [*per se nota*] e, por consequência, naturalmente conhecidos [*naturaliter nota*]. Se, portanto, não há afirmação não há negação, nem possível e impossível, nem haverá ato. Porém, o movente, enquanto movente, é ato ou em ato; o movido, enquanto movido, é potência ou em potência. Pelo que, etc.

Ex his dico quod libertas voluntatis non requirit quod ipsa moveat se per se. Nec ex hoc dependet libertas voluntatis, quia ex impossibili et non ente, quod implicat contradictionem, nihil dependet, ut manifestum est; sed voluntatem movere se per se est huiusmodi. – Et primo, hoc ostendo in generali, quod contradictionem includit quod aliquid ducat se per se de potentia ad actum, quia ens, non ens, potentia, actus, possibile et impossibile sunt per se nota, et per consequens naturaliter nota; si igitur non est affirmatio non est negatio, nec possibile et impossibile, nec actus erit; movens autem, secundum quod movens, est actus vel actu; motum, secundum quod motum, est potentia vel in potentia. Quare etc.

Ioannes Sapiens, Quaestio disp. I, co. (ed. Amorós, pp. 429-30).

27. Disso é patente que não vale a solução pela qual se diz que ‘a vontade move e é movida segundo o mesmo, pois ela move enquanto é tal em virtude, mas é movida segundo é tal potência formal, pois a vontade move segundo si mesma e não segundo outro e é movida segundo si mesma e não segundo outro; portanto, move e é movida segundo o mesmo’. Iguamente, perguntarei o que entendes [*intelliges*] por essa virtude, pois ou ele é algo outro realmente que não a vontade ou é o mesmo que a vontade, só diferindo na razão. Se é algo outro realmente, ou é causa do movimento da vontade ou não. Se sim, portanto a vontade não é causa efetiva de sua volição. Mas, se não possui alguma causalidade sobre o ato da vontade, então somente a vontade, enquanto vontade, move. Similarmente, a vontade, enquanto vontade somente, é movida – do mesmo modo, pergunto sobre aquela potência se ela é o mesmo ou outro. E, se é outro realmente, algo a faz ser movida. Se ela é causa subjetiva, então a vontade, enquanto vontade, não é movida, mas outro; se nada faz, então a vontade, enquanto vontade, move e é movida. Portanto, a vontade, enquanto vontade, move e é movida e, assim, segundo o mesmo. E, tampouco, faz algo por tal virtude. Se, porém, ela difere da vontade somente por razão, já que a razão não é princípio de nenhum ato real, aquela virtude nada faz para que a vontade possa se mover.

Et ex his patet quod non valet solutio qua dicitur quod voluntas movet et movetur non secundum idem, quia movet in quantum est virtute tale, movetur autem secundum quod potentia formali tale, quia voluntas movet secundum se et non secundum aliud, et movetur secundum se et non secundum aliud; ergo secundum idem movet et movetur.

Item, quaeram quid intelligis per istam virtutem, quia aut est aliquid aliud realiter a voluntate aut est id ipsum quod voluntas, sola ratione differens. Si sit aliquid aliud realiter, aut est causa motionis voluntatis aut non. Si sic, ergo voluntas non est causa effectiva suae volitionis. Si vero non habet aliquam causalitatem super actum voluntatis, ergo voluntas sola, secundum quod voluntas, movet. Similiter, voluntas, secundum quod voluntas, sola movetur, quia eodem modo, quaeram de illa potentia an sit idem aut aliud; et si aliud realiter, utrum aliquid faciat admoveri. Si sit causa subiectiva, tunc voluntas, secundum quod voluntas, non movetur, sed aliud; si nihil faciat, ergo voluntas, secundum quod voluntas, movet et movetur; voluntas ergo, secundum quod voluntas, movet et movetur, et sic secundum idem, nec aliquid facit ibi virtute tali. Si autem illa differt a voluntate sola ratione, cum ratio nullius actus realis sit principium, illa virtus nihil facit ad hoc quod voluntas possit se movere.

Ioannes Sapiens, Quaestio disp. I, co. (ed. Amorós, pp. 431-2).

28. Em terceiro lugar, mostro que, embora os objetos da vontade movam por necessidade, ela ainda assim é livre, pois se diz em *De anima* II, que inteligimos quando queremos, embora não sintamos quando queremos, pois os sensíveis são fora de nós (são coisas naturais que não são em nosso poder), mas o objeto do nosso intelecto são os fantasmas, que são em nós e em nosso poder – os formamos quando queremos. Onde, diz Agostinho, no fim de *De libero arbitrio*, que “pelo piedoso estudo evitamos a ignorância da verdade e a malícia”. Portanto, já que os fantasmas são formados pelo império da vontade, os próprios fantasmas possuem pela vontade o ser e, por consequência, o operar. Poranto, já que é da razão do instrumento, a saber, que aja e seja por outro, e do agente principal que algo aja por ele, é manifesto que a vontade é por si o princípio dos atos humanos e causa principal e os objetos são tal como causa instrumental. Já que somos de livre arbítrio, pois pela vontade e pelo intelecto somos senhores e temos poder dos nossos atos, por isso, ainda que os objetos movam a vontade por necessidade, a vontade é livre e o homem de livre arbítrio.

Tertio, ostendo quod licet obiecta voluntatem moveant de necessitate, tamen est libera, quia dicitur II De anima quod intelligimus quando volumus, cum non sentimus quando volumus, quia sensibilia sunt extra nos, quae sunt res naturales quae non sunt in potestate nostra, sed obiectum intellectus nostri sunt phantasmata quae sunt in nobis et in potestate nostra, quae formamus quanto volumus. Unde dicit Augustinus, in fine De libero arbitrio, quod “per pium studium vitamus ignorantiam veri et malitiam”. Cum igitur phantasmata formentur ad imperium voluntatis, ipsa phantasmata habent esse a voluntate, et per consequens operari. Cum igitur hoc sit de ratione instrumenti, scilicet quod agat et sit per aliud, et agentis principalis quod aliquid agat per ipsum, manifestum est quod voluntas est per se principium actuum humanorum et principalis causa, et obiecta sicut causa instrumentalis. Cum igitur simus liberi arbitrii, quia per voluntatem et intellectum sumus domini et habemus potestatem nostrorum actuum, ideo non obstante quod obiecta movent voluntatem de necessitate, voluntas est libera, et homo liberi arbitrii.

Ioannes Sapiens, Quaestio disp. I, co. (ed. Amorós, pp. 432-3).

29. Em quarto lugar, mostro que, se os objetos não movessem por necessidade o intelecto e a vontade, o homem não seria um princípio suficiente dos atos humanos pelo intelecto e pela vontade, pois aquilo que não move por necessidade pode falhar [*deficere*]. Se, portanto, os objetos, que são moventes organicamente [*moventia organice*] não movessem por necessidade o intelecto e a vontade, poderiam falhar ao mover e, em consequência, o homem falharia em sua ação por falha do instrumento. Igualmente, no proposto, se os fantasmas não movem por necessidade, intelecto e vontade, isto é, o homem falhará em suas ações e tampouco estes serão um princípio suficiente dos atos humanos.

Quarto, ostendo quod si obiecta non moverent de necessitate intellectum et voluntatem, homo non esset sufficiens principium actuum humanorum per intellectum et voluntatem, quia quod non movet de necessitate potest deficere. Si igitur obiecta, quae sunt moventia organice non moverent de necessitate intellectum et voluntatem, possent in movendo deficere, et per consequens homo deficeret in sua actione propter defectum instrumenti; consimiliter in proposito, si phantasmata non de necessitate movent, intellectus et voluntas, sive homo, deficeret in suis actionibus, nec erunt sufficiens principium actuum humanorum
Ioannes Sapiens, Quaestio disp. I, co. (ed. Amorós, p. 432).

30. Em quinto lugar, mostro que o mérito é devido ou se deve atribuir à vontade ou ao homem, pois o mérito se deve ao agente principal. E, pelo contrário, se o homem é o agente principal, deve-se a ele o mérito. Portanto, já que o homem pelo intelecto e pela vontade é o agente principal de todos os atos humanos, segue-se que o mérito deve ser atribuído ao homem e não ao objeto. Nos brutos, entretanto, não é assim. De fato, os objetos por necessidade movem o bruto e tampouco são em poder dos brutos, tal como os objetos que movem a vontade são em poder da vontade. Por isso, os atos do homem são imputáveis a si e não ao bruto.

Quinto, ostendo quod meritum debetur seu attribui debet voluntati vel homini, quia meritum debetur principali agenti; et e contra, si homo est principale agens ei debetur meritum. Cum igitur homo per intellectum et voluntatem sit principale agens omnium actuum humanorum, sequitur quod meritum attribui debet homini et non obiecto. In brutis autem non sic est; obiecta enim de necessitate movent brutum, nec sunt in potestate bruti sicut obiecta moventia voluntatem sunt in potestate voluntatis; ideo actus hominis sunt sibi imputabiles et non bruto.

Ioannes Sapiens, Quaestio disp. I, co. (ed. Amorós, p. 433).

31. Em sexto lugar, em especial, é preciso ver de que modo os atos humanos são em nosso poder. E isso é patente pela solução de uma certa questão: de fato, ‘se a vontade é causa dos objetos do intelecto prático e os objetos são causa do intelecto prático, então o intelecto prático é causa da vontade; portanto, o mesmo é causa de si’.

<...>.

Digo, portanto, que os fins são causa e princípio das nossas ações. E, já que no fim, em virtude, são contidos aqueles todos que são para o fim, por isso aquele que conhece e que quer o fim, naturalmente deseja conhecer e querer aqueles que são para o fim. A vontade é com respeito ao fim, mas a escolha [*electio*] é daqueles que são para o fim. E, já que os fins são naturalmente conhecidos e queridos, por isso eles não são em nosso poder. Porém, se aqueles que são para o fim são em nosso poder, também por isso acerca daqueles que são para o fim são a prudência, a escolha e a virtude moral. E, por isso, já que os fins não são em nosso poder, mas aqueles que são para o fim, por isso os fantasmas dos fins não são em nosso poder senão somente tal que sejam ou não sejam. Mas os fantasmas daqueles que são para o fim são em nosso poder tal que sejam e, também, tal que sejam convenientes ou não seja. E Agostinho o diz, em *De Trinitate* X, c. 1: “quando vemos os fins das doutrinas etc.”. Assim, portanto, já que os fins são para nós naturalmente conhecidos e queridos, neles virtualmente são contidos todos os que são para o fim, em nosso poder está explicá-los e deduzi-los nos fins, de cuja dedução se segue a boa escolha se bem forem deduzidos. Por isso, desse modo, as ações humanas são em nosso poder habitual.

Sexto vero, in speciali, oportet videre quomodo actus humani sunt in potestate nostra; et hoc patet per solutionem cuiusdam quaestionis. Si enim voluntas est causa obiectorum intellectus

practici, et obiecta sunt causa intellectus practici, tunc intellectus practicus est causa voluntatis; ergo idem sui ipsius est causa.

<...>

Dico igitur quod fines sunt causa et principium nostrarum actionum; et quia in fine, virtute, continentur ea quae sunt ad finem, ideo cognoscens et volens finem naturaliter desiderat cognoscere et velle ea quae sunt ad finem; voluntas autem est respectu finium, electio autem eorum quae sunt ad finem; et quia fines sunt naturaliter cogniti et voliti, ideo fines non sunt in potestate nostra. Si autem quae sunt ad finem sunt in nostra potestate, et ideo circa ea quae sunt ad finem est prudentia, electio et virtus moralis; et ideo quia fines non sunt in potestate nostra, sed ea quae sunt ad finem, ideo phantasmata finium non sunt in potestate nostra nisi solum ut sint vel non sint; sed phantasmata eorum quae ad finem, sunt in potestate nostra et ut sint et ut convenientia sint vel non sint; et hoc dicit Augustinus, X De Trinitate, c. 1: “cum doctrinarum fines videmus” etc. Sic igitur, quia fines sunt nobis naturaliter cogniti et voliti, in quibus virtualiter continentur ea quae sunt ad finem, et in potestate nostra est illa explicare et in finibus deducere, ex quorum deductione sequitur electio bona si bene deducantur, ideo per hunc modum actiones humanae sunt in potestate nostra habituali.

Ioannes Sapiens, Quaestio disp. I, co. (ed. Amorós, p. 433-4).

32. Se é inconveniente dizer que algo é simultaneamente em potência e em ato com respeito ao mesmo.

Utrum inconueniens sit dicere quod aliquid sit simul in potentia et in actu respectu eiusdem.

Ioannes Sapiens, Quodl., q. 7, co. (ed. Amorós, p. 437; ed. Glorieux, p. 333).

33. Cumpre dizer que esta questão pergunta o que é ato e o que é potência, que envolve todo o ente, e quais são as diferenças do ente enquanto ente.

Acerca disso cumpre saber que Aristóteles, em *Metafísica IX*, no princípio, trata do ato e da potência, enquanto se contraem [*prout contrahuntur*] aos móveis. Pelo que, aí, em primeiro lugar, dá sua intenção, dizendo: “já que o ente é dito, um naquilo que [*in eo quod quid*] ou qualidade ou quantidade, outro segundo potência e ato, também na obra determinaremos sobre a potência e o ato. E, primeiro, sobre a potência que se diz maximamente propriamente, mas não é útil para o que queremos verdadeiramente. De fato, a potência e o ato são mais daqueles que são ditos segundo o movimento somente. Mas, quando falarmos sobre ela nas determinações do ato, mostraremos também sobre os outros”. E, assim, é patente que, primeiro, ele determina sobre a potência enquanto se contrai nos móveis e, conseqüentemente, dividindo essa potência, a define um pouco depois, dizendo: “quaisquer de mesma espécie são todos certos princípios e, primeiro, são ditos um que é princípio de transmutação em outro enquanto outro, pois há uma potência de padecer que é no próprio paciente o princípio de mutação passiva por outro enquanto é outro”. E, assim, é patente que a potência contraída aos móveis se divide em potência ativa e passiva e que a potência ativa é princípio de transmutação em outro enquanto outro. Disso, um pouco depois, ele conclui dizendo: “pelo que, enquanto é uno por natureza, nada se padece a si mesmo”. E diz abaixo da demonstração: “um, de fato, e não outro”. E essa é uma demonstração principal [*demonstratio potissima*], com a qual necessariamente se deve consentir se se conceder aquilo que o nome assinala; pois, se não o conceder, não se estará falando com ele. Portanto, as potências ativa e passiva não podem ser definidas de outra maneira enquanto são encontradas nos móveis. E Aristóteles utiliza essas definições para concluir que nada, enquanto é uno por natureza se padece a si mesmo: “um, de fato, e não outro”. Digo que a demonstração é principal, porque é tomada da significação dos termos e, por isso, nada pode lhe contradizer se se conceder o que assinala ‘potência ativa’ e

‘passiva’. Disso, imediatamente se conclui o proposto: que, se a vontade é um e não dois ou outro, ela não padece nada de si mesma.

Dicendum quod ista quaestio quaerit quis sit actus et quae sit potentia quae circuit totum ens, et quae sunt differentiae entis secundum quod ens.

Circa quod sciendum quod Aristoteles, IX Metaphysicae, in principio, tractat de actu et potentia prout contrahuntur ad mobilia. Unde ibi, primo, dat suam intentionem dicens sic: “Quoniam dicitur ens, hoc quidem in eo quod quid aut qualitas aut quantitas, aliud secundum potentiam et actum et secundum opus, determinabimus de potentia et actu; et primum de potentia quae dicitur maxime proprie, non tamen utilis est ad quod volumus vere; in plus enim est potentia et actus eorum quae dicuntur secundum motum solum. Sed cum dixerimus de hac in determinationibus de actu, ostendemus et de aliis”. Et sic patet quod primo determinat de potentia ut contrahitur ad mobilia, et consequenter, hanc potentiam dividens, definit parum post dicens: “Quaecumque autem ad eandem speciem omnes, principia quaedam sunt, et ad primum unum dicuntur quod est principium transmutationis in alio in quantum aliud; nam aliqua patiendi potentia est quae in ipso patiente principium mutationis passivae ab alio in quantum aliud est”. Et sic patet quod potentia contracta ad mobilia dividitur in potentiam activam et passivam, et quod potentia activa est principium transmutationis in alio in quantum aliud; ex quibus aliquantulum post concludit dicens: “Quapropter, in quantum simul natum est, nihil patitur ipsum a seipso”, et subdit demonstrationem: “Unum enim et non aliud”. Et ista est demonstratio potissima cui necesse est consentire si concedatur quid nomen signat, quod si non concedit non est cum ipso loquendum. Potentia igitur activa et passiva non possunt aliter definiri ut reperiuntur in mobilibus; et istis definitionibus utitur Aristoteles ad concludendum quod nihil, in quantum simul natum est, patitur ipsum a seipso: “Unum enim et non aliud”. Demonstratio dico est potissima, quia sumitur ex significatione terminorum, et ideo ei nullus potest contradicere si concedat quid signat potentia activa et passiva; ex quo statim concluditur propositum quod si voluntas est unum et non alterum vel aliud, ipsa a seipsa patitur nihil.

Ioannes Sapiens, Quodl., q. 7, co. (ed. Amorós, p. 437-8; ed. Glorieux, p. 333-4).

34. Iguamente, perguntarei sobre esta ‘razão’: quando dizes que ‘a vontade sob esta razão move e sob aquela é movida’, ou algo é adicionado à própria vontade ou não adiciona completamente nada. Se não adicionada completamente nada, então é completamente o mesmo e completamente enquanto move e é movida. Se adiciona algo, se ela se move segundo aquela razão, então a vontade não move a si, mas segundo outro – a saber, segundo aquela razão. Donde, quando dizem que é preciso mostrar que o mesmo, segundo a coisa, não poderia se mover segundo uma e outra razão e ser em ato e em potência tal que a diversidade de razão seja suficiente para tolher a contradição, evitar desse modo o inconveniente e dizer que ‘Sócrates simultaneamente come e não come’ tampouco contradiz, direi, de fato, que ‘segundo esta razão come e segundo aquela não come’ e assim com respeito a todos os outros.

Item, quaeram de ista ratione, cum dicis quod voluntas sub ista ratione movet et sub illa movetur, aut est aliquid additum ipsi voluntati aut nihil omnino addit; si nihil omnino addit, tunc omnino idem, et omnino secundum quod movet, et movetur; si aliquid addit, si secundum illa rationem movet se, tunc voluntas non movet se, sed secundum aliud, puta secundum illam rationem. Unde cum dicunt quod oportet ostendere quod idem secundum rem, secundum aliam et aliam rationem non possit se movere, reputo me omnino demonstrasse propositum; unde si istud quod dicunt, scilicet quod idem secundum aliam et aliam rationem possit movere et moveri secundum se, et esse in actu et potentia, ita quod diversitas rationis sufficit ad tollendum contradictionem, evitare isto modo omnia inconvenientia, et dicere quod Sortes

simul comedit et non comedit, nec contradicunt; dicam enim quod secundum hanc rationem comedit et secundum illam non comedit, et sic de omnibus aliis.

Ioannes Sapiens, Quodl., q. 7, co. (ed. Amorós, p. 439; ed. Glorieux, p. 335-6).

35. Quando alguns argumentam contra isso (e contra o que foi dito antes) – como é patente na questão de Gonçalves, posta antes deste *Quodlibet* –, dizem que ‘a necessidade exclui a liberdade’. Mas isso não é verdadeiro, pois necessariamente queremos o fim, suposto que seja apreendido, como foi mostrado na primeira questão deste *Quodlibet*: Deus necessariamente se quer e os beatos necessariamente querem Deus e a beatitude. Tampouco podem querer o mal e não são por isso menos livres; nem nós, por necessariamente quisermos os fins, por haver princípios que nos são inatos pelos quais nos determinamos naqueles que são para o fim. Tampouco o virtuoso e prudente que nunca, enquanto tal, pode agir mal é menos livre do que o vicioso e imprudente, pois, segundo Anselmo, poder pecar não é liberdade nem parte da liberdade. Portanto, a necessidade para o bem não tolhe a liberdade, mas aumenta; já a necessidade para o mal tolheria. Assim, quando dizem quanto a isso que ‘não queremos o fim bom por necessidade’, é falso e mesmo o pecador o quer por necessidade. Mas aqueles que são para o fim não queremos necessariamente. E, por isso, naqueles que são para o fim decerto nos desviamos, mas de modo algum no fim, suposta sua apreensão.

Cum aliqui arguunt contra ista et contra prius dicta, ut patet in quaestione Gonsalvi posita ante istud Quodlibet, dicunt enim quod ‘necessitas excludit libertatem’. – Sed istud non est verum, quia finem, supposito quod sit apprehensus, necessario volumus, ut ostensum est in quaestione prima huius Quodlibet; et deus necessario vult se, et beati necessario volunt Deum et beatitudinem, nec possunt velle malum nec sunt ex hoc minus liberi, nec nos quia necessario volumus fines, quia principia nobis sunt innata per quae nos determinamus in his quae sunt ad finem; nec virtuosus et prudens qui numquam, ut huiusmodi, non potest male agere est minus liber de vitioso et imprudente, quia secundum Anselmum, posse peccare nec est libertas nec pars libertatis. Necessitas igitur ad bonum non tollit libertatem sed auget; sed necessitas ad malum tolleret. Cum ergo dicunt iuxta hoc quod non de necessitate volumus bonum finem, falsum est, et etiam peccator vult ipsum de necessitate; sed ea quae sunt ad finem non volumus necessario, et ideo in his quae sunt ad finem bene divertimus, sed nullo modo in fine supposita eius apprehensionem.

Ioannes Sapiens, Quodl., q. 7, co. (ed. Amorós, p. 442; ed. Glorieux, p. 338).

36. Igualmente, argumentam que “a diversidade de razão exclui a contradição, tal que pelas diversas razões os contraditórios podem ser ditos sobre um mesmo segundo a coisa, pois a brancura enquanto brancura difere da negritude e a brancura – profundamente [*penitus*], a mesma –, enquanto cor, não difere da negritude; portanto, a brancura difere e não difere da negritude; portanto, dizem-se os contraditórios do mesmo segundo diversas razões. Igualmente, convém ao homem algo enquanto animal e não lhe convém enquanto homem; portanto, algo convém e não convém ao homem”.

Mas, então, argumento assim: o homem enquanto animal é o mesmo que o asno, pois como tal não difere; portanto, o homem enquanto animal é um asno – pois, ‘mesmo’ não é uma determinação redutiva [*determinatio diminuens*] –, mas enquanto homem não é asno; portanto, homem é e não é asno.

Portanto, eles supõem que os contraditórios concluem-se e são ditos do mesmo na coisa segundo diversas razões e, daí, concedem e concluem contrários – tal como relações contrárias, a potência ativa e a passiva poderem ser no mesmo segundo a coisa e que a vontade segundo uma e outra razão nossa move e é movida. E, por isso, [isso] é concluído por eles, pois propõem que ‘os contraditórios se verificam sobre o mesmo, já que, pela

afirmação e a negação se verificarem sobre o mesmo, não podem mostrar que os contrários se verificam sobre o mesmo segundo a coisa – e isso segundo as diversas razões –, sem que a afirmação e a negação se verifiquem sobre o mesmo na medida [prout] em que são contraditórios’. Portanto, quando eles o concluem e o concedem, necessariamente é concluída por eles uma contradição manifesta. E, por isso, eu bem disse acima que considerava haver demonstrado o intento. Eu os conduzi a concederem que o mesmo indivisível segundo a coisa é movido e move segundo diversas razões e, por isso, quando eles concedem que os contraditórios e outros opostos se verificam sobre um mesmo segundo diversas razões, concedem todos os inconvenientes que Aristóteles conclui em *Metafísica* IV; e é o mesmo disputar com eles e perguntar se estamos dormindo ou acordados.

No entanto, por nós não são concluídos contraditórios, pois nunca concedemos contraditórios ou contrários sobre o mesmo segundo a coisa, pois afirmação e negação não contradizem sem que sejam segundo o mesmo e não nos é preciso propor algo a mais. Para eles, porém, é preciso propor que a afirmação e a negação ditas sobre o mesmo segundo a coisa, ainda que segundo diversas razões, contradizem. De outra maneira, não poderiam daí concluir que os contrários podem ser no mesmo realmente segundo diversas razões.

E tampouco valem as razões que aduzem para concluir os contraditórios sobre o mesmo segundo [quoad] diversas razões:

Quando dizem, em primeiro lugar, que “a brapura etc.”, digo que pecam por falácia do conseqüente acidente e do conseqüente segundo algo e simplesmente [peccant per fallaciam consequentis accidentis et secundum quid et simpliciter consequentes]. É patente, no dizer que ‘a brapura é a mesma que a negritude na cor ou não difere’ e dizer que ‘a brapura e a negritude são cor’, argumenta-se assim: ‘a brapura é cor e a negritude é cor, portanto a brapura é cor’; ou assim: ‘a brapura é o mesmo que a cor e a negritude é o mesmo que a cor, portanto a brapura é o mesmo que a negritude’. É manifestamente patente que isso é uma falácia do conseqüente. Portanto, não se segue: ‘a brapura é o mesmo que a negritude enquanto cor, portanto é o mesmo’. E, por isso – de acordo conosco –, os contraditórios não podem ser inferidos: ‘portanto, a brapura é o mesmo e não é o mesmo que a negritude, mesmo que segundo diversas razões’. Mas, só se pode inferir: ‘portanto, a brapura não é o mesmo que a negritude e é o mesmo que a negritude enquanto cor’, os quais não contradizem. E disso não se pode concluir que relações contrárias ou outros opostos sejam no mesmo segundo diversas razões – ‘no mesmo’, digo, indivisível segundo a coisa.

Igualmente, pecam segundo acidente, pois, quando se diz que ‘a negritude é o mesmo que a cor, a brapura é o mesmo que a cor, portanto a brapura é o mesmo que a negritude’, a ‘cor’ é uma coisa substancial [res substantia] e a ‘negritude’ um atributo. Já a ‘brapura’ é externa e ocorre à cor enquanto é o mesmo que a negritude.

Igualmente, é uma falácia segundo algo e simplesmente, pois a ‘brapura ser o mesmo que a negritude na cor ou enquanto cor’ diz ‘o mesmo’ segundo algo, já que segundo o conceito comum de gênero. E, daí, se infere: ‘portanto, é o mesmo que a negritude simplesmente’, pois querem daí inferir aquela contraditória a esta: ‘a brapura não é o mesmo que a negritude’, a qual só é contradita por esta: ‘a brapura simplesmente é o mesmo que a negritude’.

Portanto, é patente que eles concedem os contraditórios – e, para eles, [estes] necessariamente são concluídos; mas, para nós, não se pode concluir[-lo] e, segundo a nossa via, tampouco podem concluir [seu] propósito.

Item, arguunt quod ‘diversitas rationis excludit contradictionem, ita quod propter diversas rationes contradictoria possunt dici de eodem secundum rem, quia albedo secundum quod albedo differt a nigredine et albedo eadem res penitus in quantum color non differt a nigredine; ergo albedo differt et non differt a nigredine; ergo de eodem secundum diversas

rationes dicuntur contradictoria. Item, homini convenit aliquid in quantum animal, et non convenit ei in quantum homo; ergo homini aliquid convenit et non convenit'. – Sed tunc arguam sic: homo in quantum animal est idem asino, quia ut sic non differt; ergo homo in quantum animal est asinus, quia 'idem' non est determinatio diminuens, sed in quantum homo non est asinus; ergo homo et est et non est asinus. – Supponunt igitur isti quod contradictoria concluduntur et dicuntur de eodem in re secundum diversas rationes, et ex hoc concedunt et concludunt contraria, sicut contrarias relationes, et potentiam activam et passivam posse inesse eidem secundum rem, et quod voluntas secundum aliam et aliam rationem nostram movet et movetur; et ideo, istis simpliciter concluduntur, quia ponunt contradictoria verificari de eodem, quia ex hoc quod affirmatio et negatio verificantur de eodem non possunt ostendere quod contraria verificentur de eodem secundum rem, et hoc secundum diversas rationes, nisi affirmatio et negatio verificentur de eodem prout sunt contradictoria. Cum igitur ipsi hoc concludant et concedant, eis necessario concluditur contradictio manifesta. Et ideo, bene dixi supra quod reputavi me demonstrasse intentum; conduxi eos ad hoc quod concedunt quod idem indivisibile secundum rem movetur et movet se secundum diversas rationes; et ideo, cum isti concedant contradictoria et alia opposita verificari de eodem secundum diversas rationes, concedunt omnia inconvenientia quae concludit Aristoteles, IV Metaphysicae, et est simile disputare cum istis et quaerere utrum dormiamus an vigilemus. Nobis tamen non concludimur contradictoria, quia de eodem secundum rem numquam concedimus contradictoria aut contraria, quia affirmatio et negatio non contradicunt nisi sint secundum idem, nec aliud oportet nos ponere; oportet autem eos ponere quod afirmatio et negatio dicta de eodem secundum rem, tamen secundum diversas rationes, contradicunt; aliter non possent ex hoc concludere quia contraria possint inesse eidem realiter secundum diversas rationes.

Nec rationes quas inducunt ad concludendum contradictoria de eodem quoad diversas rationes valent. – Cum dicunt, primo, quod 'albedo etc.', dico quod peccant per fallaciam consequentis accidentis et secundum quid et simpliciter consequentis; patet quia dicere quod albedo est eadem nigredini in colore seu non differt, et dicere albedo dicere albedo et nigredo sunt color, arguitur tunc sic: albedo est color et nigredo est color, ergo albedo est color; vel sic: albedo est idem colori et nigredo est idem colori, ergo albedo est idem nigredini, patet manifeste quod est fallacia consequentis. Non sequitur igitur: albedo est idem nigredini in quantum color, ergo est idem; et ideo, secundum nos, non possunt inferri contradictoria: ergo albedo est idem et non idem nigredini, etiam secundum diversas rationes; sed solum potest inferri: ergo albedo non est idem nigredini, et est idem nigredini in quantum color, quae non contradicunt; et ex hoc non potest concludi quod contrariae relationes seu alia opposita insint eidem secundum diversas rationes, eidem dico indivisibili secundum rem.

Item, peccant secundum accidens, quia cum dicitur nigredo est idem colori, albedo est idem colori, ergo albedo est idem nigredini, quia color est res substantia, nigredo vero attributum; albedo vero est extraneum et accidit colori ut est idem nigredini.

Item, est fallacia secundum quid et simpliciter, quia albedinem esse idem nigredini in colore vel in quantum color, dicit idem secundum quid, quia secundum communem conceptum generis, et ex hoc infertur: ergo est idem nigredini simpliciter, quia volunt ex hoc inferre istam contradictoriam isti: albedo non est idem nigredini; cui non contradicit nisi ista: albedo simpliciter est idem nigredini.

Patet igitur quod isti concedunt contradictoria, et eis necessario concluduntur, non autem nobis possunt concludi, nec secundum viam nostram concludere possunt propositum.

Ioannes Sapiens, Quodl., q. 7, co. (ed. Amorós, p. 448-50; ed. Glorieux, p. 344-6).

Bibliografia:

- AEGIDIUS ROMANUS. *Primus sententiarum correctus a reuerendissimo magistro Augustino Montifalconio*. Venetiis: sumptibus et expensis heredum domini Octaviani Scoti, 1521.
- _____. *Quodlibeta revisa, correcta et varie illustrata, studio Petri Damasi de Conick Brugensis*. Lovanii: Typis Hieronymi Nempaei, 1646.
- GLORIEUX, P. (éd.). *Jacques de Thérines, Quodlibets I et II. Jean Lesage, Quodlibet I*. Paris: Vrin, 1958.
- GODEFROID DE FONTAINES. *Les Quodlibet cinq, six et sept*. Ed. M. de Wulf et J. Hoffmans. Louvain: Institut Supérieur de Philosophie de l'Université, 1914. (Les Philosophes Belges, 3)
- _____. *Le huitième, neuvième et dixième Quodlibet*. Ed. J. Hoffmans. Louvain: Institut Supérieur de Philosophie de l'Université, 1924. (Les Philosophes Belges, 4)
- GOLSALVUS HISPANUS. *Quaestiones disputatae et de quodlibet*. Ad fidem codicum mss. editae cum Introductione histórico-critica cura Leonis Amorós. Florentiae: Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1935.
- HENRICUS DE GANDAVO. *Quodlibeta [...]*. Parisiis: ab Iodoco Badio Ascensio, 1518. (réimpr.: Louvain: Bibliothèque S. J., 1962)
- _____. *Opera omnia*. Ed. G. A. Wilson et al. Leuven: Leuven University Press, 1979-. (De Wulf-Mansion Centre, Ancient and Medieval, series 2)
- La condamnation parisienne de 1277*. Texte latin, traduction, introduction et commentaire par D. Piché. Paris: Vrin, 1999.
- DUMONT, S. D. "Time, Contradiction and Freedom of the Will in the Late Thirteenth Century". *Documenti e studi sulla tradizione filosofica medievale* 3.2 (1994), pp. 561-97.
- _____. "Did Duns Scotus Change His Mind on the Will?". In: AERTSEN, J. A., EMERY Jr., K., SPEER, A. (Hrsg.). *Nach der Verurteilung von 1277*. Berlin-New York: De Gruyter, 2001, pp. 719-94.
- EARDLEY, P. S. "The Problem of Moral Weakness, the *propositio magistralis*, and the Condemnation of 1277". *Medieval Studies* 68 (2006), pp. 161-203.
- MARTEL, B. *La psychologie de Gonsalve d'Espagne*. Montréal-Paris: Institut d'Études Médiévales-Vrin, 1968.
- PUNTA, F. del., DONATI, S., LUNA, C. "Egidio Romano". In: *Dizionario biografico degli italiani* 42 (1993). Acessado em 21/10/2014: [http://www.treccani.it/enciclopedia/egidio-romano_\(Dizionario-Biografico\)/](http://www.treccani.it/enciclopedia/egidio-romano_(Dizionario-Biografico)/)
- LAARMANN, M. *Deus, primum cognitum. Die Lehre von Gott als dem Ersterkannten des menschlichen Intellekts bei Heinrich von Gent (+ 1293)*. Münster: Aschendorff, 1999.
- SAN CRISTÓBAL-SEBASTIAN, A. *Controversias acerca de la voluntad desde 1270 a 1300 (estudio histórico-doctrinal)*. Madrid: Editorial y librería CO. CUL. S. A., 1958.
- WIPPEL, J. F. *The Metaphysical Thought of Godfrey of Fontaines. A study in Late Thirteenth-Century Philosophy*. Washington: The Catholic University of America Press, 1981.